



Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistola XXXII. Dilecto fratri Illi. Alchvinvs Salvtem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

ra vita gloriam tibi cum Sanctis concedat æternam.

Pars mea, pars valeas; semper sit pars tua Christus.

Esto memor patris, pars precor almatui.

EPISTOLA XXXII.

Dilecto fratri Illi.

ALCHVINVS SALVTEM.

DVLCES tuæ dilectionis accepi litera, mellifluu
sensibus delibutas, apologeticam tenens ratione,
quarum melius credebam veritati, quām falsilo-
quæ aliorum narrationi. Nam fides amicitia corde con-
stare debet, non linguæ versibilitate. Utinam dignus essem,
pacem prædicare, nō discordiam seminar; & signum por-
tare Christi, & non arma diaboli. Nunquā tibi scripsisse,
si noluissem pacem tecum habere, & quod in Christo co-
pimus, firmum permanere.

Verè OFFÆ Regi & genti Anglorum nunquam infi-
delis fui: sicut hos amicos, quos mihi Deus donauit, fide-
liter quantum valco, seruabo: sic & hos, quos reliqui in pa-
tria. Pauci sunt dies mei, & hos ipsos cum dolore flagelli
suffero: ideo te obsecro, ut in Domino, quos valeas, mihi
intercessores acquiras.

Multis miseriis turbatum est hoc seculum, & non est re-
frigerium in eo, nisi in misericordia Dei, & fide amicorum.
Nudi venimus, & nudi recessimus: nisi qui bonis animam
vestiat operibus. Ut tibi, charissime frater, tempus vel locus
occurrit, semper Dei suade voluntatem omnibus personis
Regis suauiter, Episcopis honorificè, Principibus fiduciali-
ter, omnibus veraciter. Nostrum est seminar, Dei fru-
ctificare.

Nec

Nec vlla tibi alicuius diffensionis inter nos remaneat suspicio. Nec simus ex illorum numero, de quibus dictum est: Non veni pacem mittere, sed gladium: sed ex illo si- *Matth. 10^o*
mus numero, ad quos dictum est; Pacem meam do vobis, *Ioan. 14^o*
pacem meam relinquo vobis: vt pax Christi, quæ exsuperat *Philip. 4^o*
omnem sensum, custodiat corda vestra, in charitate Christi,
& dilectione fraternitatis. Paucis scripti literulis: quia sapienti pauca sufficiunt. Sed te plurima Dei dona glorificant in æternum dilectissime frater.

EPISTOLA XXXIII.

Dulcissimo dilectionis filio III.
salutem.

Radoni Abba-
ti.

Dilectionis vestræ venerabile sequutus præceptum, *Videtur ad*
vitam S. Vedasti patris vestri, & intercessoris nostri
emendare studui; non quòd aliquid illius excell-
lentissimis meritis dignum dicere valuisse, sed quòd nihil
tuæ reuerentia iussis denegare ratum putau. Idcirco ad
te maximè pertinet harum laus, vel vituperatio literarum.
Vt in tibi, & fratribus, qualescumque sint, placeant; de-
precans, vt meum laborem, orationum vestrarum solatio
remunerare dignemini: & unus merear esse vestrum in
charitatis communione; illius semper memores mandati,
quidixit. Hoc est * mandatum meum, vt diligatis inuicē. ** Surè editio 2^o*
præceptum,
Ioan. 15^o
In hoc enim mandato omnium salus consistit.

Hoc cunctis per necessarium esse constat, & maximè his,
qui gregem Christi regendū accipiunt: quapropter tu, chal-
lissime fili, gregē, quem accepisti regendum, fraterno amo-
te diligenter erudire studeto; & sanctis admonitionib. eum

K. 2

pcr